Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Remedii Confessoris, Abbatis, qui et Adeodatus, et Davidis, S. Germani Episcopi discipulorum ex Bojaria ortorum. In Calendariis Tridentinis ab Hinderbachio editis apud Lehnum, habetur ad XV Jan. sic: XVIII Kalendas Februar. Mauri Abbatis. Romedii Comitis de Thaur et Confessoris vallis Anagnie, et sociorum ejus Abraham et Davidis confessorum. Tum ad I Oct. Kalendis Octobris. S. Remigii Episcopi et Confessoris. Translatio S. Romedii Confessoris vallis Anagnie. In alio Calendario Tridentino ad XV Jan. XVIII Kalendas Febr. Cornelii confessoris. Mauri Abbatis. Sancti Remedii Confessoris. et ad I Oct. Kalendis Octobris. Remigii Germani. Vedasti. Amandi. Remedii Confessoris. Phil. Ferrarius in Catal. SS. Ital. Remedius discipulos ad peregrinandum hortatus brevi migravit ad Christum Idibus Januarii anno salutis reparatae CCCC. Non extigitur omnino certus dies obitus. Annum vero ejusdem 397 CCC ~~XCVII~~ existimo: nec enim paucorum mensium spatio ea omnia, quae inde usque ad Martyrium S. Vigilii gesta sunt, fieri potuissent. Praeterea SS. Mart.

Quari posset, an S. Remedius nullos agnatos vel consanguineos ut Tauri et Summontorii haeredes reliquerit. Respondeo certum esse, seculo VIII, IX, X, fuisse Comites, qui simul Tauri et Summontorii, et Andeciii, aliorum castrorum Domini erant. Ab his a progenitoribus S. Remedii deseen. ~~ab~~ descendent, tabulas non habeo: ab eisdem tamen traxisse sanguinem, longe verosimilius puto. Nec obstat quod Remedius sua omnia in pauperes et Ecclesias distribuerit. Castrum enim et Dominium Taurense ad Ecclesias Tridentina et Augustana ad Comites Summontorii postliminio redisse redemtionis aut permutationis via; indubium est. Itaque Remedium fratrem ~~aut~~ fuisse opinor, bonorum Summontorianorum haeredem (bonorum enim quidquam donasse non legitur Remedius) qui genus nobile ~~in pos~~ propagarit et Taurensia ~~do~~ bona redemerit.

115) Acta SS. Martyrum Anaunensium apud Papebrochium ad 29 Maji. Item Acta S. Vigilii apud eundem ad 26 Junii. Porro S. Vigilius sacras Reliquias ad varios Episcopos misit; et quidem partem maximam ad S. Simplicianum Mediolanensem, partem ad S. Gaudentium Brixianum, partem denique ad S. Joannem Chrysostomum Constantinopolitanum, una cum epistola ad eosdem; quibus SS. Martyrum acta recenset. ~~Ex epistola ad S. Chrysostomum adverte exordium~~

1 Types Anaunienses passos fuisse anno 397, Papebrochius ex Actis S. Venerii Ep. Mediol. ostendit. Atqui ante istos obiisse Remedium, ex hujus actis ~~habetur~~ colligitur. ~~Quod Reliquias~~ S. Remedii, ~~pro~~ et quaedam alia membra insignia, ~~hodie esse~~ ~~asservantur in~~ postmodum translata sunt in monasterium montis S. Georgii ~~in Ceais~~ ad Cenum ~~esse~~ Vide infra ad c. IX Add. 82.

Burglehners L. II, c. 4, c. 5.